



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

In confirmatione Electionis, quae expendenda. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

Ex Concil. gener. c. ne pro defens. H. de elec. dione.
Ex Concil. Basileensi Hieron. Symm. ad Lau- rent. c. vi. lissimus.
I. q. I. Ex Concil. Basilens.

legia , & Conventus , ad Dignitates vacantes , ex sua congregatione idoneos eligant Prelatos ; atque eos demum sacris administrationibus dignos esse existimant , quorum omnis ætas per disciplinas Ecclesiasticas cucurisset. Iam , ut primitiva Ecclesiæ censura mitigationem recipiat discretionis , is saltem aliorum curæ præficiatur , cuius comparatione grecæ cæteri merito dicantur. Quomodo enim fieri potest , ut non vilissimus reputetur , qui est honore præstantior , nisi quoque scientia & sanctitate præcellat ? Atque utinam hic penitus , & nautis & navigio deferendis tandem imminere pericitandi necessitatem.

C A P . V I I I . *In eligendo , etas , mores , literatura & facer Ordo , spectanda.*

Denuo. 5.

Q Vapropter Electores solicii sint , ut tam præficiant , qui Officio credendo facti ac posse possit ; virum ætatis legitimæ , moribus gravem , literarum scientia præditum , atque in sacris Ordinibus constitutum : scientes , ipsis , in re tam gravi , vel dolo vel negligenter agentibus , non minorem , quam malis illis Pastoribus ac Prælatis quos ipsi præficerunt , in districto Dei judicio imminere peccatum. Neque enim impunè peccatum in Spiritum sanctum , qui in omni electione , ut autor , invocatur. Neque inultum permittet Deus , si quis jurejurando , quod sub electionem præstatur , frustra nomen Domini usurpaverit. Ut omitamus poenas Canonicas , quæ perperam eligentes manent.

C A P . I X . *Electiōnem sinceram esse oportere.*

Hier. 8. q. I. c. lii ces. & c. si ergo.

A Blit ergo omnis Simoniæ pravitas , omnis personarum respectus. Cessent potentiorum preces , que minus æquiparantur , omnisque impressio ; cesset ambitio ac dominandi libido. Ad hæc , procul absint omnes illicitæ obligationes , quæ sub electionem aut paulo post , ab eligendo vel electo , haud præter Simoniæ labem extorquentur. Et procedat de vultu Dei opus ipsius ; ut scilicet , qui præstantior est omnibus , qui doctior , qui sanctior , qui in omni virtute eminentior , hic eligatur.

C A P . X . *In confirmatione electionis quæ expendenda.*

E Lectione facta , Nos & cæteri , qui confirmationis munus impendemus , officio Nostro , Deo volente , non deerimus ; discussum scilicet diligenter & formam electionis & electi merita , priusquam Nostras imponamus manus.

C A P . XI . *Per Patronos , idoneos praesentari oportere.*

P Atronii , tum Ecclesiastici , tum Laici , quos hac de re diligenter admoneri curabimus , videbunt , ut idoneos (quemadmodum ante diximus) Archidiaconos præsentent. Compertum liquidem habemus , quam hic supra modum pectetur. Sunt enim , qui tantum filios ac consanguineos , seu alteri ipsis addictos , citra illum delectum aut discrimen scientiæ , morum ac ætatis , Beneficiis Ecclesiasticis admovent. Sunt , qui admotis nomen tantum relinquunt , censem autem atque Ecclesiasticos redditus sibi , ausu quodam sacrilego , (nihil minus quam de Ecclesiastico ministerio cogitantes ,) usurpant. Quæ omnia , cum Sanctorum Patrum functionibus damnantur , multorumque malorum in Ecclesia Dei cauila sint , posthac non committi , sed sublata penitus esse , suamque vim Canonici Reguli constare , ex animo cupimus.

Alexand.
3 c. ex
sequen.
de iis.

C A P . XII . *Quid incumbat Archidiaconis.*

A Rchidiaconi Nostri , ad quorum curam inter alia pertinet , ut Nostro nomine Parochias ordinent , ac ministros Ecclesiæ , ipsis presentatos ac oblatos , inquirant ; scient , sui munieris esse , negligentiam Patronorum supplerent. Cum enim oculi Nostri sint , dispiacent , ne quis , aliqui indignus , sub alicujus presentationis prætextu irrepatur ac admittatur. Nec contenti , quod post edita , ter publicata , nusquam compareat qui presentationem oppugnet ; eorum etiam , qui ipsis presentantur & ad instituendum offeruntur , vitam , mores , & eruditioinem accurate per vestigabunt ; ac , nisi comperti illi fuerint , muneris , cui præfici postulantur , pares , fore nefas putabunt , stulte potentibus assentiri. Neque existimabunt , id temporis , quod hunc Examini impudent , perdi ; cum nequaquam possit collocari melius ; maxime quod officium eorum , hoc ipsum ut fiat , magnopere requirat.

C. &c.
Ad hæc,
de offic.
Archidi-
c. dinc.
finali. de
eleti. in 6.

C A P . XIII . *Aliquot abusus officiū inter visitandum , corrigendi.*

E T , quoniam ad Nos quorundam querela perlatum est , nonnullos Officiales Archidiaconorum Nostrorum , investituræ nomine , plus æquo interdum petere , quofdam etiam institutionem ipsam , potentibus , vel temere negare vel saltem in longum differre tempus , quamlibet legitima sit præsentatio & idoneus is qui præsentatus est : curæ Nobis erit , inter visitandum de his diligenter inquirere , &c , quæ virtuosa comperientur , Archiepiscopali autoritate , communicato tamen cum Archidiaconis